



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 25. Epistola Cæsar is ad Volsæum Cardinalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

**S**ecul. XVI que Regem conventum esset, ut Cæsar  
A.C. 1527 medianam prædæ partem, quam in Pa-  
piensi prælio fecisset, Anglo traderet,  
unumque ex obsidibus, quos a Gallia-  
rum Rege acceperat, eidem cederet.  
Comitabatur Pointum Clarentius Regis  
Angliæ Fecialis, qui tamen positis mu-  
neris sui insignibus advenerat, ut il-  
le opportuno tempore officio suo  
fungi posset. Evidem facile perspexe-  
rat Imperator; quod Angliæ Rex non-  
nisi pacem violandi obtentum quæreret,  
nihilominus concordiam diutius proro-  
gari, e re sua fore arbitratus, Legato  
respondit, se misso hanc in rem Orato-  
re sententiam suam Regi significatu-  
rum.

### §. XXV.

#### *Epistola Cæsaris ad Volsæum Cardinalem.*

**C**um interea Legatus iter suum in Hi-  
spaniam prosequeretur, Franciæ &  
Angliæ Reges comperto Italiæ statu  
optimum fore existimabant, si Cardina-  
lis Volsæus Ambianum accerseretur,  
ut cum Francisco I. conferret, ac de  
mediis præsenti rerum vicissitudini con-  
gruis deliberaret. Hic Angliæ Regi in  
paucis carus die tertia Julii aula disces-  
fit, ac undecima ejusdem Mensis Cale-  
tum venit, inde vero Abbavillam pro-  
fectus,

fectus, ibidem Franciæ Regis adven- Sæcul XVI.  
tum prope Ambianum prætolabatur. A.C. 1527.

Cum vero ibi Cardinalis moram trahe-  
ret, epistolam accepit, in qua Imperator  
Galliarum Regi ad ea respondit, quæ  
Franciscus Neapolis Proregi offerebat.  
Hæc vero promissa Rex hunc in modum  
proposuit: „ Madritense fædus execu-  
„ tioni dabo, quamprimum Franciscus  
„ Sfortia in Mediolanensi Ducatu repo-  
„ netur. Burgundiæ loco Cæsareæ Ma-  
„ jestati suæ vigesies centena aureorum  
„ millia numerabo, dummodo mihi  
„ Sponsa mea Eleonora, & Ambo Filii  
„ mei reddantur; denique Angliæ Re-  
„ gi persolvam, quæ Cæsar eidem de-  
„ bet, ad mensuram tamen hujus debi-  
„ ti dos ejusdem Eleonoræ augebitur.  
Hisce articulis hæc reposuit Carolus  
„ Imperator, jura mea in Burgundiam  
„ intacta servari volo, prout ante Ma-  
„ dritense fædus fuerant; defuncti quo-  
„ que Borbonii Ducis bona ejusdem  
„ hæredibus restitui peto, liberum ta-  
„ men erit Angliæ Regi atque Legato,  
„ ut vigesies centenis aureorum milli-  
„ bus dotem augere valeant, si forte  
„ illa non excedat summam, quam  
„ Henrico pendere debeo tam pro pe-  
„ cuniis mutuo datis, quam pro dam-  
„ norum compensatione, quam pollici-  
„ tus sum; vicissim Franciscus Gallia-

„ rum

**S**ecul. XVI., rum Rex stare tenebitur iis, quæ in  
**A.C. 1527.** „ Generalibus Franciæ Statuum comi-  
 tiis, aut a cuiuslibet Provinciæ Or-  
 dinibus vel Parlamentis decernenda  
 sunt; quibus omnibus integre adim-  
 pletis Sororem meam in Franciam  
 mittam, & obsidibus libertatem con-  
 cedam. Caussam vero Francisci Sfor-  
 tiæ dijudicabo, sique is innocentia  
 sua tutus reperietur, eundem pristi-  
 nis honoribus restituam, si secus, li-  
 beræ meæ dispositioni Mediolanensis  
 Ducatus relinquetur. Denique hu-  
 jus foederis sponsor erit Angliæ Rex. „  
 Dabat Mense Julio Anno salutis millesi-  
 mo quingentesimo vigesimo septimo.

## §. XXVI.

*Rex Franciæ Ambiani a Cardinale  
 Volsæo salutatus.*

**V**ix Volsæus hanc Epistolam Abba-  
 villæ acceperat, cum illico Ambia-  
 num ad Franciscum Regem contende-  
 ret, in primo Regni ingressu tantis ho-  
 noribus exceptus, ut nec ipsi Angliæ  
 Regi majores deferri potuissent. Paulo  
 post initium dabatur colloquiis; verum  
 Franciscus Galliarum Rex, postquam  
 Henricum VIII. ad suas partes pelle-  
 rat, ad servandam fidem minus propen-  
 sum præferebat animum. Evidem  
 Cæsa-